



692





INDEX ALPHABETICUS MATRI-  
 cularium hujus voluminis.

**A**

De Arbitrorum jure. n.	6.
Absentium matrimonio.	8.
Arbitro jure perito.	14.
Arbitrationibus.	18.
Arbitro feudali.	20.
Agnationem i. reuocandi et re- trahendi feudum.	23.
Estimatione cicatricium et deformitatum.	17.

**B**

Befugnisse freyheit der fünf Güter.	5.
--	----

**C**

De causis matrimonialibus.	7.
coniugij nuptialis pompibus.	15.
competentis iuris reservatione.	19.
cicatricium estimatione.	17.

**D**

De Deformitatis cicatricium estimatione.	17.
Domicilijs Pauperum. Lauterbach.	11.

**E**

De Executoribus Ultimariū Volunta- tum Lauterbachij.	10.
---	-----

**F**

Freiheit der fünf Güter	5.
Fundamentorum definiendi causas matrimoniales insufficientia.	7.
Feudali probatione.	21.
Feudali iudicio.	24.

G.

H.

Hospitalen Laibten.  
Brotzeitkosten.

ii.  
15.

I. J.

de Illustrium Tutelis. n.	i.
jure regali Postarum.	2.
immunitatibus Eccles.	5.
jure Archivorum.	6.
juris perito Architecto.	14.
juris Feudali.	24.

<sup>K</sup>Einjungelger Freigrit. 5.

L.

ad. in. C. si qd imp. n. 4.  
 ad 2. F. 26. s. 5. vers. Titig. 23.  
 ad c. Venerabile. 34. X. de lect. 3.

M.

Matrimonii Absentium.	8.
Maledicentium imp. poena suspensa.	4.

N.

De Nominis superscriptione	no. 13.
Natura obligationi conventio-	
naliu.	12.
Nuptiaru prohibitionem in 2. gr. linea	
inequalis.	9.
Nuptialis conuij sumptibus.	15.
Nasmenb interscribimus.	13.

O.

Obligatio ex voluntate et conven-  
tione de scribendis. 12.

Postarum regali iure.	2.
Papa potestate promovendi Reges	
Rom. Imp.	3.
Poenam maledic. Imp. suspensa.	4.
Poenaru subiecto.	25.
Pauperu domicilij.	11.
Probatione feudali.	21.
Prohibitione nuptiaru 2. gr.	
linea inequalis.	9.

R.

Regali Postarum iure.	2.
Reservatione juris	19.
Revocandi et retrandi iure	
filij cu agnatis, et agnatis solis	
competentibus.	23.

S.

Suspensa poena maledic. Imp.	
Sacramentales.	22.
4.	
subiecto poenaru.	25.
sumptibus conuij nuptialis.	15.
superscriptione nominis.	13.
sumptibus studiorum.	16.
supplicationibus.	17.

**T.**  
De Tribelis illustrum n. v.  
Jo. Phil. Ringleri.

**U. V.**  
De Ultimatum voluntatu Execu-  
toribus Lauterbachij. 10.  
Urborschrift des Nachman. 13.  
Verbotalt zu Pfund d. d. 19.  
verboten obligationibus. 14.

**Z. Z.**  
Zinspfund d. d. 19.  
verbotalt 19.

11X.

DISPUTATIO JURIDICA  
DE  
MATRIMONIO  
ABSENTIUM,

*Quam*

PRÆSIDE

D. PETRO MÜLLERO Jcto,

Consil. Saxon. Curiã Provincial. Scabin. & Juri-  
dicæ Facultatis Asfessore, nec non Pandectar.

Prof. Publ.

IN AUDITORIO JCTORUM

*ad d. Februar.*

ventilandam exhibet

AUTOR

JOACHIM FRIDERICUS LAKEMAN,

Havelmontan. Marchicus.

---

JENÆ, LITERIS BAUHO FERIANIS, 1685.

VIRIS

*Magnifico, Pra-Nobilissimis, Consultissimis atq̄  
Excellentissimis*

DN. FRIDERICO Gondorff, JCto  
Consummatissimo, Potentissimi Electoris Brandenburgi-  
ci in Illustri Regimine & Consistorio Ducatus Ma-  
gdeburgensis Consiliario, nec non Salisgra-  
vio splendidissimo.

ut &

DN. ADAMO CORTREJO, JCto  
longè celeberrimo, Inclutorum Statuum Provincia-  
lium in Ducatu Magdeburgico Syndico  
spectatissimo.


*DOMINIS Patronis ac studiorum meo-  
rum Promotoribus omni officiorum genere hono-  
risq̄ cultu prosequendis & atatem  
suscipiendis*

Hocce Specimen Academicum  
D. D. D.

Joachim Fridericus Lakeman.



## Proœmium.



Onjugium rem non merè humanam, sed divinæ ordinationis esse sacræ paginæ probant tam quoad institutionem *Genes. cap. 2. vers. 24.* quàm confirmationem *c. 9. v. 1.* Unde & Salomo de conjugio loquens id honorifico nomine *proverb. 2. v. 17.* vocat *pactum Dei*, ibi: Qui derelinquit ducem adolescentiæ suæ, (id est maritum, quem juvenis amabat) & *fœderis Dei sui* obliviscitur &c. Ubi Johannes Polyander *in commentar.* habet: quod ejusmodi mulier non tantùm maritum suum deserat, & fidem illi datam fallat, sed in *Deum* etiam *contractus auctorem*, & cujus nomen ad connubium invocatum est, perfidiosa exstiterit. Quippe eum in finem institutum est, ut Dei gloria in posteris promoveatur augeaturq;. Et quemadmodum Republicæ gloriam Dei intendunt, aut certe eam intendere debent; Ita multiplicatio hominũ, quasi instrumentum ac medium quoddam est, quod eam quàm maximè promovet; In hanc sententiam est, quod Plato *l. 6. libr. de legib.* inquit: In conjugio hæc consolatio proposita sit; Quod conjuges oporteat naturæ humanæ perpetuitati studere, ut liberos liberorum relinquentes, semper Deo cultores in locum suum substituunt. Et paulò post infert: Oportet parentes gignere & educare liberos, qui vitam tanquam lampadem posteris tradant, ut semper sint aliqui colentes Deum, juxta ipsius legem. Et Cicero *1. offic.* conjugium optimè appellat Republicæ seminarium. Stobæus *serm. 37.* Si civitas, inquit, temporarius quidam catus esset, ejusque vita hominis ætate comprehenderetur, successione non indigeret. At quoniam ad multas ætates extenditur, ac si Dæmone propitio fruatur, longa aliquot secula perdurat; procul dubio non præsens solum, sed futurum etiam tempus spectandum est; & natale solum haudquam solitarium, sed spe posteritatis nostræ innixum relinquere convenit. Ita non solum communi utilitati, sed cujusvis etiam animæ

benè consulitur, dum instituitur conjugium. Homo enim hoc medio tum extingvendæ libidinis, tum procreationis, tum in tota vita, educationis liberorum, parandæ ac tuendæ rei familiaris, & aliorum studiorum ac laborum adiutorem ac socium habet. Verùm quò humanius, eò periculosius medium est hanc societatem inire cupientibus & cautius agendum, cum non id, quod semel placuit, mutare aut pœnitere liceat. Uxor tam auribus, quàm oculis ducenda, hoc est, procius de honestate debet esse sollicitus, & oculis, quod tutius est, aspice-re eam, quam in indissolubili societate habiturus est. Bonam enim uxorem consequi, ait Diphilus, non facile est; quam si stultè elegeris, nullam effugiendi tibi conceditur remedium, de quo acutè vid. Jacob. Catlius *amatorio emblemate* 4. Amor verò conciliatus, tam inter præsentis, quàm, si accidit, absentes, debet esse idem & constans; Absit, ut mente, affectu, & cogitationibus, quæ ad animorum conjunctionem spectant, unquam sejungantur, uti monet Halicarnassæus. Et quod Procopius Sophista *epist.* 21. de amore in genere disserit, hoc de conjugum absentium animis non incommodè prædicari potest: Scilicet, bonorum virorum exhilarare potest etiam sine aspectu memoria, magisque tum cum expertis prorsus amore completis, non amplius præstò sint, neque aspectu semper voluptatem præbent. Tunc enim dubitantes cujusmodi sint, desiderium habent, quod pro conspectu, semper memoriam præstent; secum enim ipsi fingunt absentes, & præsentium imitationem meditantur. Ita amantis animus habitare censetur in amati corpore, quod Ausonius *epigr.* 103. *ad Gallam* facetè exprimit:

Vado, sed sine me, quia te sine. Nec nisi tecum  
Totus ero pars sim cum altera, Galla, tui.  
Vado tamen, sed dimidius: vado minor ipso  
Dimidio: nec jam me locus ullus habet.  
Nam tecum ferè totus ero quocunque recedam,  
Pars veniet mecum quantulacunque mei,  
Separor unus ego: sed partem sumo minorem  
Ipse mei: tecum pars mea major abit.  
Si redeam, tibi totus ero: pars nulla vacabit,  
Quæ mox non redeat in tua jura Vale.

Subsistere ergo posse amorem, inò matrimonium inter absentes, de  
eo

eo nullum amplius dubium remanet. Quomodo autem matrimo-  
nium inter absentes contrahi, contractum conservari, & num pro-  
pter absentiam, vel ex accidenti potius id dissolvi possit, præsen-  
ti disputatione publici exercitii causa videbimus. Quod Deus benè  
vortat!

## CAPUT PRIMUM

explicat

*Terminos, & continet descriptionem.*

SUMMARI A.

I. Unde dicatur matrimonium. II. Synonymia. III. Quinam per ab-  
sentes intelligantur. IV. Quid sit conjugium absentium.

Th. I.

**M**atrimonium à matre dicitur; Quare autem hujus societa-  
tis nuptialis denominatio à sequiori sexu & persona, ma-  
tre nempe fiat, diversæ sunt sententiæ. Augustinus *contra*  
*Manich.* 19. c. 26. existimat ita dictum, quod ideo nubat mu-  
lier, ut fiat mater Agell. 18. *Noct. Attic.* scil. à matris nomine non adepto  
jam, sed cum spe & omine mox adipiscendo, & sic à proposito & spe fu-  
turæ sobolis dicitur, l. 22. §. ult. ff. d. V. S. Beust. d. *matrim.* c. 1. aliàs con-  
jugia dantur, in quibus conjuges vivunt ἀτενοί; vel inde à matre  
appellationem habet hæc societas, quòd infans matri ante partum  
sit onerosus, in partu dolorosus, post partum laboriosus *cap. fin. d.*  
*convers. infid.* Alii inde dictum putant, quòd certitudo partus sit in  
matre l. 5. d. *in jus vocand.* Mater dicitur certa, pater non item, ceu  
constat ex 9. *Ethic. ad Nicom.* c. 7. ubi Philosophus ait: *Propterea*  
*etiam matres liberorum sunt amantiore.* Laboriosior enim est pro-  
creatio, magisque suos esse sciunt. Et sic matris certitudo physica  
est, patris solum moralis, quem justæ nuptiæ suppeditant. Pro allu-  
sione habendum, quod dictum putent matrimonium, quasi matrem  
muniens, cum mulier jam habeat, à quo muniatur & defendatur, vel  
quasi matrem monens, ne alteri adhæreat, vel quasi materia unius,  
quia in eo sit conjunctio ad prolem materialiter educandam. Inepta  
est

est eorum derivatio, qui matrimonium nec à patre nec matre nominari contendunt, sed nomen habere ab utroque & patre & matre, in quantum uniuntur, ut juxta eos matrimonium natales debeat τὸ materia & μόνος vel qui partim à mare & νόμος derivant, quòd matrimonium dicatur quasi maris νόμος, tunc potius *mari nomen*, quàm matrimonium diceretur.

II. Dicitur etiam *Conjugium* in l. 12. C. d. nupt. quia ita vir & uxor conjunguntur, ut quàm animo quàm corpore in unum quasi coalescant, unde ritu veteri ad Jugam aram junonis Romæ nubentes vinculis juncti fuerunt, in omen futuræ concordia *Rosin. antiqu. roman. lib. 2. cap. 6.* dicitur etiam *Consortium* in l. 22. C. d. nupt. quòd conjuges ejusdem fortis & conditionis reputari debeant l. 22. §. 7. ff. sol. matrim. modò *Connubium* l. 2. C. ne fidejuss. vel mandat. dot. dent. modò *Nuptia* dicuntur ab obnubendo, quòd novæ nuptæ tam pudoris & verecundia causa, quàm in signum subjectionis & obsequii velata & obnupta incedere solebant facie c. femina 7. & 8. 30. qv. 5. Ne dicam, quod apud alios autores matrimonium varias sortiatur appellationes: Sic pedicas nuptiales vocat *Apull. lib. 7. aur. asin.* vinculum conjugale *Virgil. & alii, δεσμὸν* sive vinculum simpliciter *Plutarch. περὶ παδ' ἀνον?* capistrum, unde quidam Satyricus in vers.

*Stulta maritali jam porrigis ora capistro.*

Th. III. *Absentium* personarum (res quoque tribus potissimum modis dicuntur absentes mutata forma, possessione amissa, atque re intereunte *Calvin. in lex. voc. abesse*, quæ consideratio hujus loci non est) ratio hîc habetur, non quàm mente sive animo sunt absentes vid. l. 27. §. 5. ff. d. recept. qui arbitr. sed corpore l. 173. §. 1. ff. d. V. S. Et tunc itidem vel physicè vel juridicè tales sunt. Hoc modò pro diversitate materiarum variis modis dicuntur absentes, aliter in materia tutelari, aliter in stipulationibus, aliter in judiciis, aliter quando rei publicæ causa abesse; videatur *Dn. D. Mylius in disp. d. jur. absentium cap. 1.* Nobis dicuntur absentes, qui ita aliquantisper absunt, ut cohabitare tanquam conjuges simul nequeant, sive sit absentia ista laudabilis, sive vituperabilis.

IV.

Th. IV. Describitur Matrimonium absentium, quod sit conjunctio inter eos qui non tam corpore quam animo junguntur, & extra locum habitationis peregrè aliquantisper absunt, individuum consuetudinem continens.

## CAPUT SECUNDUM

De

### *Matrimonio, Quatenus inter absentes contrahitur.*

#### SUMMARIA.

I. Sponsalia olim non nisi inter presentes, hodie etiam inter absentes celebrantur. II. Per nuncium. III. Ubi prudentia opus, neque nimis commendationibus proxenatarum fidendum est. IV. Per literas quoque contrahitur matrimonium, V. Quatenus matrimonii negotium inter absente tractatum subsistat, scil. non aliter, quam si litera fuerint recepta, aut ratificatio secuta. VI. Inter absentes si contrahatur, requiritur, ut persona fama vel aliquo alio modo se noverint. VII. Si liberi matrimonii negotium tractent, actus non subsistit, nisi consensus Parentum intervenerit. Q. Num liberi etiam absentes ex sponsalibus à Parentibus ipsorum nomine contractis teneantur? Negat.

Th. I.

**M**atrimonium præcedunt *sponsalia*, quæ olim inter presentes non contrahebantur, sed tantum inter presentes, unde dicebantur à spondendo, cum moris fuerit veteribus stipulari & spondere sibi uxores futuras, l. 1. & 2. ff. d. sponsalibus l. sponsio & ibi Alciatus d. Ver. Signif. Ita apud Plautum in pœnulo legitur:

A. Audi tu patrue, dico ne dictum neges:  
Tuam mihi majorem filiam despondeas.  
P. Pactam rem habeto, A. spondesne igitur?  
P. spondeo. A. mi patrue, salve, nam nunc  
Es plane meus.

Item in Trinuno.

Lys. Spondes ergo.

Tuam

Tuam gnatham uxorem mihi? Char. spondeo, & mille auri  
Philippam dotis. Lys. isthac lege filium tuum  
Sponderi mihi uxorem dari? Char. spondeo.  
Lys. & ego spondeo idem hoc.

Græci *μνησεία* exponunt sponsalia, & in ea mentione promissionem nuptiarum intelligunt. Mentio autem ista est compellatio, quæ etiam habet pollicitationem ex parte compellantis. Et sic mentio est pollicitatio & sponsio: *μνησέω* est spondere: *μνησεία* est mentio promissionis. Dilherf. *disfert. d. antiqu. ritu nuptiarum* §. 6. Hodie etiam inter absentes sponsalia possunt contrahi, & sic solo consensu celebrantur, quod patet ex *l. 4. ff. de sponsalib.* ibi: *Sufficit nudus consensus ad constituenda sponsalia, denique constat absentem absentem desponderi posse, & hoc quotidie fieri posse.* Speckhan. *cent. 2. class. 2. qu. 5. n. 4.* ita ut manserit hætenus sponsaliorum nomen, ratione nominis non attendenda *Colleg. Argentorat. d. sponsal. th. 5.* exemplo emancipationis Hahn. *ad Wesenb. d. sponsalib. n. 2.*

Th. II. Ergo inter absentes per nuncium sponsalia contrahuntur *l. 5. d. rit. nupt.* Alber. *Gentilis d. nupt. lib. 2. cap. 14.* ac nuncius est tanquam organum vivum præstatque tantum nudum ministerium Sanchez *de matrimo. l. 2. disput. 11. n. 28.* Gutierrez. *d. matrimo. qu. 43. n. 23.* Et si talis nuncius operam huic rei dare vult, non aliter admitendus, quam si speciale mandatum habeat, & certa persona designetur. In sacris habemus exemplum Abrahami, qui ablegavit internuntium, filio suo Isaco Rebeccam uxorem expetentem *Genes. 25. vers. 2.* In profanis, Honorius apud Claudianum refert, se legatos misisse, qui sibi Mariam Stiliconis filiam pro uxore postularent. D. Struve *disp. d. sponsal. th. 7.* Solent autem verba promittentis ac ambientis concipi in personam absentis; hoc vel simili modo: *Titius consentit in te; vel accipit te in uxorem me mediante.* Mulieri verò ad quam nuncius missus est, talem præscribunt formulam: *Ego tuo interventu herum tuum accipio in maritum* vid. *Cypræus d. sponsalib. cap. 9. §. 17.*

Th. III. Quando verò contingit causam matrimonialem per nuncium tractari, prudenti diffidentia opus est, ne uterque & spondens & spondendus nimiam fidem conciliatoribus sive proxenetis tribuat. Proxenetarum enim proprium esse videtur, ut pecunia

cor-

corrupti non minus ut pictores ex rana Dianam faciant, ut hinc  
Limnæus in *Notit. regni Franc. lib. 2. c. 19.* errorem culpet in illustri-  
bus personis, quòd aliorum relationi, oculis ac pictoris penicillo ni-  
mium fidant, nec ipsimet sociam thori adeant, moresque & ingeni-  
um explorent. Quando enim postmodum rem alio se habere mo-  
do comperitur, sibi imputare necesse habet circumventus, quod ma-  
trimonium ita contraxerit, neque ob hosce errores matrimonium dis-  
solvitur, quia saltem hic error, quo inductus est contrahens, circa quali-  
tatem & fortunam versatur *can. 1. caus. 29. qv. 1. Wesenb. d. rit. nupt. n. 8.*

Th. IV. Per literas inter absentes celebrantur & sponsalia, &  
matrimonium contrahitur. Quoad sponsalia, textus est in *l. fin. ff.*  
*d. sponsalib. ibi: in sponsalibus constituendis parvi refert, per se & coram,*  
*an per internuncium, vel per epistolam factum est, Gentilis d. nupt.*  
*lib. 2. c. 14.* Et hoc apud veteres usitatum fuisse tradit historia Ma-  
chabæorum *lib. 1. cap. 10.* Ubi Alexander Ptolomæi filiam in uxorem  
petit hisce verbis: Postquam ego reversus in patriam terram impe-  
rio potitus, majorum meorum solium occupavi, age ineamus inter  
nos amicitiam, & mihi filiam tuam in uxorem trade, ego tibi gener  
ero, donaque tibi dabo, & ipsi dignitatem. Cui respondit Ptolomæus  
in sententiam: Felix dies, qua tu, in majorum tuorum terram  
reversus es, & regni solium es adeptus: Itaque faciam, quæ scribis,  
sed Ptolomæidem venias, ut congregiamur, & ego te, ut postulas, ge-  
nerum meum faciam. Et sic per literas conjugii promissio facta  
est. Sic Zasius in casu, ubi adolescens quidam literas amatorias  
ad puellam dederat in hanc sententiam: *Ego tibi mitto anulum in*  
*signum certissimum, me nullam aliam præter te in uxorem ducere vel-*  
*le: ac hanc promissionem acceperat virgo præsentibus matre & so-*  
*roribus sponsalia esse contracta se respondisse dicit lib. 2. consil. 3. n. 5.*  
*& 6. & consil. 4. n. 1. & l. 1. consil. 9.* Dn. Præses *hypomn. d. annulo pro-*  
*nubo th. 26. & dissert. d. literis amatoriis. th. 17.* Quamvis Julius Senazarius  
*d. matrim. cap. 3. art. 4. n. 113.* hunc contrahendi matrimonii modum  
plenum periculi esse autumat, ob dubitationes multas, quæ contin-  
gere possent, tam quoad dubitationem, num literæ illius forent, quem  
adversus scripsisse deducuntur, quam, an falsæ ac subreptitiæ essent, &  
an facta consensus mutatio. Eundemve extra necessitatem non  
admittendum esse monet Martin. Perez. *d. matrim. disp. 19. sect. 9. n. 4.*  
*in fin.* B Th. V.

Th. V. Quando matrimonii negotium inter absentes per nuncium & literas agitur, illud non aliter subsistit, quam si literæ fuerint receptæ, aut ratificatio secuta juxta Vivium opin. 211. rescribendo per literas Rota Genuens. decis. 45. Num autem accipiens literas amatorias, in quibus agitur de promissione matrimonii facta, si non contradicat, sed taceat, eo ipso contra se faciat presumptionem, ita ut omnia in iis contenta taciturnitate sua approbasse videatur? de ea quaestione vid. D. Præsid. dissertat. d. literis amatoriis th. 22. Quamvis Zasius ad l. 2. ff. d. O. & A. tradat: quod ad hoc, ut consensus inter absentes fiat, necesse sit mitti nuncium specialiter ad id deputatum: Consensum autem intervenisse fingi etiam, antequam remittatur epistola responsiva, nunciusque revertatur. Nihilominus minus verior est sententia, tunc demum per literas partium declarari consensum ac validam & efficacem contracti obligationem, si ab ea parte, ad quam mittitur, acceptatæ sint, alias nullam obligationem contra scribentem parere Ripa in l. admonendi 31. num. 135. in fin. ff. d. jurejur. ex l. absenti C. d. donat. Per literas enim acceptatas dicitur facta quasi quædam copulatio consensus duorum simultanei, ut inquit Bald. in l. 2. ff. d. pact. Barnab. Cornazzan. in decis. Rot. Lucens. decis. 94. n. 12.

Th. VI. Ut autem sponsalia inter absentes dicantur ritè verèque celebrata, requiritur, ut personæ, de quarum conjunctionibus agitur, de fama vel aliquo alio modo se noverint, quia in omnino ignotos consentire non possumus, sed in eos, qui non planè nobis sunt ignoti, possumus consentire Gloss. in c. nec illud 8. caus. 30. qu. 5.

Th. VII. Sive inter liberos præsentem, sive per literas aut nuncium inter absentes sponsalia tractentur, consensu opus habent absentium Parentum, ita ut consensus Parentum in nuptiis liberorum pro forma requiratur; Siquidem plura sunt & requiruntur ad hoc, ut sponsalia sive matrimonium contractum dicatur, quam quod id efficiat sola attestatio amoris, Alex. in c. ex literis cas. 1. d. presumptionib. Q. Num liberi absentes ex sponsalibus à Parentibus eorum nomine contractis teneantur? Rectè negat hoc Carpzov. Jurisp. Consistorial. part. 2. tit. 2. def. 26. Quod non possint contrahi sponsalia iis insciis, vel non consentientibus, de quorum iudicio corio, sed spectanda voluntas, de cujus conjunctione tractatur l. 8. C. d. nupt. Extat

tat etiam de hac re textus expressus in *can. ubi non est 30. qv. 2. ibi: ubi non est consensus utriusque, non est conjugium*. Exemplo est Ra-  
guel, qui filiam Tobiae haud despondebat, priusquam ex lacrymis  
ejus gaudio obortis consensum & voluntatem Virginis exploratam  
haberet *Tob. 7. v. 8. & 15. D. Joh. Gerhard. in loc. d. conjugio. §. 55.*

Th. VIII. Si Parentes, in quorum potestate sunt, absentes sint,  
ac liberi velint nuptias contrahere, debent expectare triennium,  
modò fiat consilio propinquorum, v. gr. si pater captus sit ab ho-  
stibus; aut ita absit, ut ignoretur, ubi & an superstes sit; quo tem-  
poris spatio effluxo licitè omninò & conscientiam intemeratam liberi  
matrimonium ineunt *l. 10. §. II. ff. d. rit. nupt.* Idque vel maximè eo  
in casu procedit, ubi de morte parentum probabiliter constat Coth-  
mann. *cons. vol. 1. resp. 10. n. 130. seq.* Seduli tamen sint liberi in pa-  
rentibus pervestigandis, ne, quem omni jure eisdem debent hono-  
rem, temerè sollicitent, eò quoque respicientes, ut ejusmodi con-  
jugem sibi eligant, in quam parentes praesentes consentirent, *D. My-  
lius disp. d. jure absentium cap. 2. n. 8.*

## CAPIT TERTIUM

De

### *Matrimonio inter absentes perfecto & consummando.*

#### SUMMARIA.

- I. *Matrimonium perfectum est, ubi de consensu conjugali constat.*
- II. *Obligatio inter absentes, qui sponsalia de presenti contraxe-  
runt, firma & efficax est, ut sponsus absens cum alia contra-  
here nequeat matrimonium. Imò licet ad sponsalia posteriora  
concubitus accesserit & juramentum.*
- III. *Sponsus absens si du-  
cat aliam in matrimonium, atque hoc per benedictionem sacer-  
dotalem sit consummatum, num hocce, si desponsata cum illo  
velit copulari, sit dissolvendum? Affertur responsum Facul-  
tatis Theologicae Lipsiensis.*
- IV. *Sponsa debet expectare  
sponsum absentem, neque potest interea cum alio celebrare spon-  
salia. Quamdiu eum debeat expectare.*
- V. *Matrimonium pot-  
est consummari inter absentes.*

B 2

Th. I.

## Th. I.

**M**atrimonium est perfectum, ubi de consensu conjugali, seu tali, qui ad conjugium constituendum à parte contrahentium aptus & legitimus est, satis constat, nam consensus non concubitus facit nuptias *l. 30. ff. d. R. J.* Scilicet sponsalia de præsentì ineuntur perficiturque matrimonium, quando purè & per verba temporis præsentis contrahitur, ubi purus, absolutus & præsens consensus adest; Suntque ipse consensus conjugalis, cum promissione statim secundum ordinationem canonum consummandi *Dn. Struv. exerc. 29. rh. 10.* suntque ipsum matrimonium *c. pen. d. desp. impub.* scil. ratione effectus & obligationis, quod per ea quis adstringatur ad matrimonium per solennitates & insequentem cohabitationem consummandum *D. Struv. d. l.* Quæ obligatio non est unilateralis, sed ab utraque parte efficax, nam contractus matrimonii, inquit Basil. Pontius *in tract. d. sacram. matrim. lib. 12. cap. 4. n. 2.* est instar contractus cujusdam commutationis, & necessariò in se continet mutuam obligationem utriusque, ita ut nemo vellet, nec velle possit se tradere, nisi sub ea conditione, ut alter se ei mutuò tradat in compensationem & obliget. Ubi ergo sponsalia de præsentì inter absentes sunt celebrata, ibi est ultro citroque vinculum matrimonii. Et ubi hocce est, ibi cessat libertas, quæ transit in necessitatem observandi contractus, exemplo aliorum contractuum *l. in commodato 17. §. sicut 3. ff. commod.*

Th. II. Quæ cum ita sint, & quòd sponsalia de præsentì ob præsentem consensum conjugalem operentur obligationem ad matrimonium consummandum *c. 10. c. 22. c. 31. d. sponsal.* sequitur, quod si sponsus absens alibi contrahat sponsalia, hisce peremptis & dissolutis priora sponsalia per benedictionem sacerdotalem sint consummanda, *Beust. d. sponsal. p. 1. c. 15. Berlich. p. 4. concl. 28. n. 63.* quæ adeo vera sunt, ut quamvis ad posteriora concubitus vel juramentum accesserit, nihilominus cum priori sponsa sit consummandum matrimonium; nam propterea non sunt majoris firmitatis & roboris, quam prima solo consensu contracta *d. l. 30. ff. d. R. J. l. ult. C. d. repud. c. 2. c. 27. qv. 2. c. 14. d. spons. c. si inter virum 31. X. d. sponsal. c. is qui fidem 30. X. eod. c. tuas dudum ult. X. d. sponsa duorum.* Neque obstat, quod in pari causa melior sit

fit causa possidentis *l. 15. C. d. rei vindic.* Nam sola possessio non tribuit jus, nisi titulo aliquo legitimo fulciatur *l. un. C. si d. moment. possess. appellat. fuer.* & iniquum foret, ut illicitè coeundo sponsus jus priori quæsitum dolosè subtrahere debeat.

Th. III. Quid? si absens, qui sponsam habet, cum alia non solùm contrahat sponsalia, sed etiam ea consummet per benedictionem sacerdotalem; Prima verò sponsa hoc resciscens, petat rescissionem matrimonii, atq; concessionem ut cum sponso suo ad cohabitandum consummentur contracta sponsalia; Q. Num copulata sit dimittenda, & matrimonium cum prima consummandum? Sane omnium hæc est gravissima controversia famam salutemque hominis concernens. Et puto æquiores esse sententiam, quæ vult, ut matrimonium per benedictionem sacerdotalem consummatum non rescindatur, cum per eam sponsus ipsi quasi fuerit traditus, & sponsa prima jus habeat saltem ad rem & ad satisfactionem agere possit; præsertim si copulata sit in bona fide, neque sciverit ambientem sponsum despondisse se priori. Et proclamatio facta sit inscia absente sponsa prima, quæ contradictionem suam interponere non potuit. Facit huc Pl. Reverendæ Facultatis Theologicæ Lipsiensis in datum anno 1673. responsum. P. P. Uns hat derselbe in einem Schreiben/d. dato den 14. Nov. unser Theol. Bedencken über folgenden Casum ihme zu eröffnen gebethen; Nämlich es hat anno 1670. Sempronius ein Studiosus, so sich als ein Secretarius bey einem vornehmen Officier brauchen lassen/ mit Seja einer ziemlich bereicherten Dirnen/die Damahls gleichfals einer vornehmen Dame aufgewartet/bekant gemacht/welches Räntnis auch so weit kommen/das die Seja ist schwanger worden; Als Sie nun vermerckt/das es nicht allerdings richtig/hat selbige dem Sempronio, das Er Sie heyrathen solle/zugemuthet/unter dem Vorwandt/das Sempronius ihr die Ehe zugesagt; Sempronius aber habe geleugnet/und es hoch behauptet/das ihm dergleichen niemahls in Sinn kommen/darauf Seja als Sie abgewiesen werden wollen/bey dem Ober-Consistorio geklaget/es habe aber des Sempronii Mutter/als Sie Nachricht hiervon erlanget/darwieder protestiret/und nicht zugeben wollen/das ihr Sohn solch eine leichte Dirne/so ihm vielmahls nachgelauffen/heyrathen solte/dessen aber ungeachtet/habe Seja Zeugen angegeben/deren theils eines Kutschers Frau/theils des Sempronii ei-

gene Schwester und Schwager. Und zwar nach dem Tode des Sempronii Mutter / welche aber mit ihnen in ziemlicher Feindschafft gelebet / darauf sey ein Urtheil publiciret worden / daß Klägerin die Schwängerung zur Nothdurfft erwiesen / würde Sie auch nun die Ehe-Versprechung mit einem Ende bestärcken / inmassen ihr zu thun obliege / so würde Beklagter durch Priesterliche Copulation selbige zu vollziehen durch Obrigkeitl. Zwang angehalten. Sempronius habe hierauf appelliret und unterdessen auf Zurathung eines guten Freundes sich mit der Pamphilia eines Bürgermeisters Tochter zu G. in Meissen / ungeachtet Ihm vom Ober-Consistorio dessentwegen inhibition gethan / sich verlobet / und nach dem Er sich zu St. 3. mahl nach einander proclamiren lassen / in der Ober-Kauffnis / auf einem Land-Guthe in Beyseyn vieler ehrlichen Leute / von einem Dorff-Priester copuliren lassen. Als nun die Seja solches erfahren / hat Sie den vorigen Urtheil zu Folge / das juramentum ablegen wollen / worwieder Sempronius protestiret / auch einige beschworne attestata produciret / daß die Seja sich vor diesem übel verhalten / und mit vielen in Unzucht gelebt / und Sie also als eine leichtfertige Dirne und persona malæ famæ zum jurament nicht zu lassen sey / so hat doch solches nicht helffen wollen / sondern Seja das jurament würcklich præstiret / worauf diese Sentenz erfolget / daß Seja die Ehe-Versprechung zur Gnüge dargethan / und Sempronius seines Einwendens ungeachtet / selbige durch Priesterliche Copulation zu vollziehen schuldig sey / von welcher Sentenz zwar Sempronius appelliret / die appellation aber rejiciret worden / worauf Sempronius sein ißiges Weib / welches hoch schwanger ist / interveniret / und wieder das gesprachene Urtheil appelliret / die Seja aber woll durchaus nicht weichen / noch mit einigem Gelde sich abfinden lassen / sondern gebe vor / daß Sempronius (welcher sein ißiges Weib nimmermehr zu verlassen hochbetheuret) sich nothwendig mit Ihr / als die Er erst geschändet / copuliren lassen müste / alsdenn möchte Er hingehen / wo Er hin wolle.

Dannenhero der Herr / ihn zu informiren / bittet / ob das / nach ob erzehlter masse vor 3. viertel Jahren mit der Pamphila vollzogene matrimonium könne und solle wiederumb dissolviret werden / und wie so dann dem höchstgeängsteten Gewissen könne gerathen werden.

Hierauf haben wir uns in der Furcht des Herrn zusammen gethan /

than / diesen Casum fleißig erwogen / und nachfolgendes / als Gottes Wort gemäß zu seyn / Ihm zur Antwort vermeldten wollen. Und zwar hätten wir wünschen mögen / daß Sempronius sich anfänglich besser in acht genommen / nicht so eine schändliche Sünde mit der Seja begangen / und denen Rechten und Process seinen richtigen Lauff gelassen hette. Nach dem aber die Sache dahin gediehen / daß Sempronius ( wie der Herr berichtet / denn aus den Acten wir nicht judiciren können / weil Sie uns nicht zugesendet worden ) sich in ein ander matrimonium eingelassen / und solches auch durch Priesterliche Copulation allbereit vor 3. viertel Jahren vollzogen / so mögen wir nicht dafür halten / daß solch matrimonium wiederumb könne dissolvirt werden. Weil

I. des Sempronii Mutter gleichwohl wieder diese Ehe / welche Sempronius , nach der Seja Zusage / ihr solle versprochen haben / niemahls willigen wollen / sondern allezeit darwieder protestiret.

Nun ist ja der Eltern Consens allerdings nothwendig ad matrimonium contrahendum, wenn auch gleich die Kinder majorenes, à patria potestate soluti seyn / wie solches / nebst den Theologen mit guten rationibus ausführet Carpz. in Jurisprudencia Ecclesiastica lib. 2. Tit. 3. definit. 49. Und obwohl hierwieder kan eingewendet werden / daß post contractum matrimonium per carnalem copulam es nicht mehr res integra sey / daß der consensus parentum requiriret werden möge / iedennoch / si filius post contractum matrimonium objicit se voluntati parentum, & si imprægnata est levis persona, omnino consensus parentum est attendendus, wie D. Gerhard, aus dem Klingio anführet / Tom. 7. de Conjug. p. 174. dergleichen judicium sich auch bey dem Dedekenn. volum. 3. p. 122. mit diesen Worten findet. Es möchte denn des Beklagten Vater / sein Gewissen reinigen und eydlich bezeugen / daß er durch seine Wissenschaft in solche Ehe nicht verwilliget hätte / auf solchen Fall würde Beklagter von der Klägerin und ihrer Bittte der Ehe halber absolviret / und der Obrigkeit die Straffe / wie auch der Frauen und ihrem Kinde ihre Rechte der Schwängerung und aliment halben fürbehalten. Stante ergo hoc fundamento, können wir nicht sehen / wie Sempronius zu der Ehe / mit der Seja zu vollziehen / könne genothiget werden.

II. Berichtet der Herr / daß beschworne Attestata vorhanden seyn /

seyen/welche affirmiren/das Seja persona mala fama sey/ und mit vie-  
len andern in Unehren zu thun gehabt.

III. Macht die Seja nur ein ludibrium und spott aus diesem ver-  
meinten Ehestande / und hat keinen rechten finem conjugii vor sich/  
Denn der Herr berichtet/ Seja gebe vor / Sempronius müste sich noth-  
wendig mit ihr copuliren lassen/Er möchte nachmahls immer hin-  
lauffen/wo er wolte/dem heiligen Ehestande und Gottes Ordnung  
schnur stracks zu wider. Nam fines veri matrimonii sunt (1) ut  
conjuges in rebus divinis & humanis sibi invicem sint adiumento  
Gen. II, 20. (2) ut liberos procreent Gen. I, 28. (3) ut conjugium  
ipsis sit remedium adversus vagas libidines, 1. Cor. VII, 2. diese fi-  
nes nun begehret die Seja, nach ihrer eigener Aussage/nicht zu adim-  
pliren/& per consequens, so wil sie auch kein verum matrimonium  
contrahiren/nam actiones judicantur ex finibus. Es wird also wegen  
dieser Ursachen Seja mit ihrem gesuchten matrimonio mit dem Sem-  
pronio billig abgewiesen. Gleichwohl aber achten wir vor billig/das  
Sempronius ihr/wegen alimentation des Kindes/ein Stück Geld zah-  
le/welches die Obrigkeit nach gut befinden/und der æquität determi-  
ren wird. Unterdessen damit Sempronius sein Gewissen desto mehr  
befriedigen möge/so rathen wir/das er diese schwere begangene Sün-  
de dem lieben Gott herzlich abbitten/und wahre Busse deswegen  
thun/auch ein besseres Leben hinführo anfangen wolle. Welches  
dem Herrn wir also hiermit/auf sein Begehren/zur freundlichen Ant-  
wort vermeiden wollen. Befehlen ihn dabey in Christi Schutz und  
Obhut. Leipzig den 1. Novembr. Anno 1673. Secus est, quando  
secunda sponsa omnes circumstantias, & quod sponsus cum aliâ  
eâque prima sit desponsatus, noverit, atque sic in dolo sit, faciatque  
se copulari per Sacerdotem, (qui tamen semper in copulandorum  
conditiones, unde sint, & quare ab eo, in cujus tamen parochia aliâs  
non vivunt, hierologiam petant, curatius debet inquirere, atque  
non aliter quàm literis testimonialibus exhibitis, & cum Superioris  
præscitu eos copulare potest debetque vid. D. Præsidis *dissertat. de Hie-  
rolog. sect. 2. th. 2.*) tunc putamus, rescindendum esse matrimonium,  
vel potius propter summum dolum pro non contracto esse haben-  
dum; actus quippe benedictionis sacerdotalis undiquaque illicitè  
procuratus tanti ponderis haud esse videtur, ut ob manifestum do-  
lum

lum nanciscatur præmium pars hujus rei non ignara. Et ejusmodi  
circumstantiis concurrentibus non iniquum est dissolvi matrimonium  
secundum, prout in Consistoriis pronunciatum esse meminimus,  
vid. D. Stryke *dissert. d. concursu sponsalior. cap. 2. n. 23.*

Th. IV. Sponsalibus de præsentis contractis perfectum est ma-  
trimonium, neque alterius parti licet pœnitere; quod enim Deus  
conjunxit, homo ne separet ac tenetur uterque contrahentium ad con-  
summandum *c. 10. c. 22. c. 31. d. sponsal.* Quid, si contingat sponsum  
esse absentem? Resp. Sponsa debet expectare, donec revertatur,  
præsertim si absentia sit necessaria & probabilis, uti est in eo, qui  
abest militiæ vel aliâs causa Reipubl. quia fungitur legatione *l. 1.  
ff. ex quib. caus. maj.* item, si quis abest causa infirmitatis *l. ques-  
tum. 60. ff. d. judic.* vel si absentia probabilis est tantum, ut in eo,  
qui abest causa Studiorum. Si voluntaria est, & adjectum est con-  
tractui sponsalium certum tempus, illud debet expectari, cum standum  
sit conventioni *l. 2. d. pact.* Si de tempore nihil conventum, & sponsum ex-  
tra provinciam degat, de jure civili debet expectare per triennium  
*l. 2. C. d. repud.* Si vero sponsum habeat necessarias absentia causas,  
etiam quadriennium expectare tenetur & ultra *l. pen. ff. d. sponsal.*  
Imo decennium in justa militia requirit Justinianus in *Nov. 22. c. 14.*  
Quod autem sponsa ultra tempus vel conventionale, vel lege de-  
finitum non cogatur expectare, ratio est, quod illa procrastinatio  
vel contra leges, vel contra conventiones facta habeatur pro taci-  
to repudio: veteres enim dixerunt eum, qui dubitat, noluisse vid.  
Sichard. *ad l. 2. C. d. sponsal. n. 1. in fin. & 2. in pr.* Et quod  
si per longius tempus, quam quod vel lege, vel conventionem erat  
præfixum, adstringeretur expectare absentem, teneretur interea oc-  
casionem honestam nubendi oblatam respuere, quod non videtur  
tolerandum, cum absens animum revertendi deponat, atque ita vo-  
ta eludat, ac irreparabili damno periculo ve innocentem partem  
exponat, ut sponsæ & statim elapso termino resilire possit, si velit, saltem  
altero culpabiliter in mora existente, nec opus sit, ut aliqua præcedat  
admonitio. Et quod de tempore conventionali dictum, procedit et-  
iam quoad tempus legale, idem enim operatur provisio legis, cum  
sponsa non sit cogenda vagabundum sponsum sequi, & admonere  
officii arg. *l. quod nisi finitus S. ex provincia ff. d. oper. libert.*

C

De

De jure canonico nullum certum tempus determinatur, sed quaestio, utrum sponsa a sponso desertæ alii nubere liceat, indeterminate decidit D. Ziegler. *ad Lancellott. libr. 2. tit. 10. §. 24.* Multum tamen in hac tribuendum est officio judicis, qui pro diversitate circumstantiarum statuet, quicquid per eas de malitia atque voluntate revertendi æquum eidem visum fuerit Salicet. *in l. 2. C. d. repud. Vid. infra C. V.*

Th. V. Matrimonium perfectum inter absentes potest consummari per benedictionem sacerdotalem quemadmodum videmus apud personas illustres ita obtinere; Sic Carolus VIII. Galliarum Rex misit Principem Arausionem, Procuratorem - Legatum cum Wolffgango à Polheim insigni militum caterva stipatum, cui suo nomine Anna jungeretur, & ceu nova nupta haberetur. Collocata ista est in thalamum; Ingreditur Legatus ad ipsam cum literis procurationis, & adstantibus viris feminisque primariis, tibiam suam ad genua usque nudatam, inter lintea nuptialia inseruit: ut ceremonia isthæc consummationi matrimonii æquipollere putaretur. D. Mylius *disp. d. Absent. cap. 2. n. 15.* D. Rechenberg *cas. nuptiar. illustrium cap. 4. tb. 8.* Sic invictissimus & sacratissimus noster modernus Imperator LEOPOLDUS Ducem de Medina de las Torres in Hispaniam misit, cui loco Ipsius Augustam tunc temporis sponsam die 15. 25. April. anno 1666. fido conjugio copulatam Viennam transduxit. *Diar. Europa. Contin. 14. p. 282.*

## CAP. IV.

De

### *Duratione Matrimonii inter absentes.*

#### SUMMARIA.

- I. Propter absentiam quamlibet non dissolvitur matrimonium. II. Magistratus debet adigere conjuges, ut sibi invicem cohabitent; & detrectantes carcere quandoque, aliave pœna arbitraria ad eam

eam debet compellere. III. Uxor si diu absuerit, priusquam suspicionem adulterii purgaverit, vitæque honesta speciem demonstraverit, maritus ad cohabitationem compelli haud debet. IV. Num ob longiorem absentiam in casu Captivitatis alterius Conjugis dissolvi queat matrimonium? Proponuntur rationes pro affirmativa. V. Deciditur negativè; affertur præjudicium. VI. Uxor tenetur sequi maritum, etiamsi aliter inter eos in contractu matrimoniali pactum sit. VII. Quando adversitates accidunt marito, ut absit, debet eum sequi uxor. Unde est, quod mulier maritum relegatum teneatur sequi. VIII. Separati quoad thorum & mensam, etiamsi absint, verum tamen adhuc subsistit matrimonium; committiturque in alteram personam adulterium. IX. Idem est in desertis, quod inter desertentem & desertam duret matrimonii vinculum, donec processus desertionis ad finem sit perductus, & lata sententia absolutoria. X. Pars desertæ si adulterium committat, quomodo punienda?

Th. I.

Orto quandoque inter conjuges diffidio, quod frigusculum vocant ex l. 32. §. 21. ff. d. donation. int. vir. & uxor. solet fieri discessus & sic existere quædam absentia; Cujus frigusculi comitem olim sæpius fuisse divortium hinc inde legimus vid. D. Præses in dissertat. de frigusculo cap. 4. thes. 3. Verum conjugibus indignum est, tam grave negotium parvi pendere & ob minima friguscula illud dirimere, quod solus matrimonii Author Deus dissolvere sibi reservavit Matth. 19. v. 6. D. Præses c. l. tb. 4. Inprimis perdurat vinculum matrimonii, ubi absentia causalis, vel voluntaria laudabilis, tum ea, quæ favore singulari judicatur digna, v. g. qui studiorum gratia alibi degit, tum ea, quæ lucri & commodi causa comparata est, ut quando mercatores alienas terras visitant. Inter hosce absentes, licet diutina sit absentia, non est dirimendum matrimonium. Et faciunt huc verba B. Lutheri tom. 5. Jenens. german. lib. d. causis matrimo. p. 2. fol. 256. Wo siehs begiebt / daß ein Gemahl mit Wissen und Willen von dem andern zeucht / als Kauff-Leute / oder in Krieg gefordert / oder was sonst für Noth und Sachen seyn / daß sie beyde solches bewilligen / hier soll das ander Theil harren / und sich nicht verändern / biß daß es gewiß werde / und glaubwürdig Zeugnis



habe / sein Gemahl sey tod / denn weil das Weib bewilliget in solche  
Reise ihres Mannes / und sich in solche Gefahr begiebet / soll sie es  
auch also halten / und sonderlich wenn es um Guths willen / als bey  
Kauffleuten geschehen mag. Kan sie ums Guths willen bewilligen /  
daß der Mann in solche Gefahr reise / so habe sie auch solche Gefahr /  
wo sie kompt / warumb behält sie Ihn nicht daheim beym wenigen  
Guthe / und läffet Ihn in Armuth gnügen.

Th. II. *Eo verò ipso quod matrimonii vinculum perpetuum & indissolubile est, pr. Inst. d. patr. potest. conjuges pro lubitu abesse aut mutuo consensu cohabitationi renunciare non possunt, quemadmodum Imperator Justinianus in Nov. 117. cap. 10. in pr. divortia ex mutuo consensu penitus abrogavit, ibi: Quia ex consensu aliqui usque ad presens alterna matrimonia solvebant, hoc de cetero fieri nullo sinimus modo, nisi fortè castitatis concupiscentiâ quidam hoc fecerint.* Hinc Magistratus officio incumbit prospicere, ne ob diuturnam conjugum absentiam scandalum detur in Republica, & inobedientiæ fenestra aperiatur latissima, criminisque permissio nova creet litigia & publica turbetur lætitia *l. 3. C. d. episcop. audient.* proinde conjuges ut sibi invicem cohabitent, invitos adigat *Carpzov. lib. 2. Jurispr. Consistor. de sin. 207.* Imò cohabitationem malitiosè detrectantes, si persuasionibus amicabilibus animi eorum conciliari nequeant, carcere aliâve pœnâ eò compelli possunt; nam si personæ desponsatæ conjugium per benedictionem sacerdotalem consummare nolentes multa pecuniariâ vel incarceratione, aliâve pœna arbitrariâ ad hoc adigi possunt, vid. *Carpzov. lib. 2. Jurispr. Consist. 133, & ad Constit. Elector. 20. part. 4. def. 10.* multò magis post matrimonium consummatum conjuges sese separantes iisdem pœnis atque mediis ad cohabitationem possunt compelli *idem d. l. defin. 208.*

Th. III. Uxoris proprium est servare domum, hujusque esse gubernaculum, secundum Menandrum. *Ut enim viri est virtus, administrare Rempublicam: ita mulieris est, familiam gubernare* teste Platone in Menone. Nimirum ædium gubernatio uxorum propria est; & divina providentia mulieres viris timidiores procreavit, ut ædium custodiæ, cui aptus & utilis est timor iste, committerentur *Gvazzius d. civili conversatione dissert. 5. part. I. pag. mib. 323. edit. Reusner.* Malam itaq; de se præbebit mulier opinionem, si hinc inde vagetur diu-  
que

que à marito sine causa absit. Res certè inquit Carpz. *lib. 2. Jurispr. Consistor. def. 209.* suspectissima est, si uxor marito relicto aliud virorum quærat consortium, vel saltem aliquot annos absit; Vix enim fieri potest, ut vitam ducat honestam, nec ad fornicationem vel adulterium se induci patiatur. Neque sufficit præsumptio honestatis; Ex quo enim cum diurnâ absentia plerumque conspirare censetur tacitum adulterium, ut notat ex Beza Henn. Arnif. *d. jur. connub. cap. 6. sect. 6.* cessat hoc casu præsumptio honestatis, & intrat in locum ejus suspicio fornicationis vel adulterii, quæ ceu fortior præsumptionem castitatis vincit *l. divus. & ibi Bald. ff. d. in integr. restit.* Hinc uxor si diu à marito abfuerit, priusquam suspicionem adulterii purgaverit, vitæque honestæ speciem demonstraverit, maritus ad cohabitationem compelli haud debet Carpzov. *d. l.*

Th. IV. Superiori Capite de absentia necessaria & laudabili, quatenus eo in casu sponsa expectare debeat sponsum, dictum est; Heic verò altioris indaginis quæstio: An vinculum illud matrimonii duret in casu longioris absentia ob captivitatem alterutrius conjugis, v. g. si alteruter in servitute Tyrannica sit, neque redeat? curatius venit discutienda. Negativam qui defendunt, innituntur sequentibus rationibus, scilicet (1) in tali casu, quando aliquot millia hominum in extremam barbariem rapiuntur, & raptu tali violento conjugum conjugum privatur, fore, ut totæ regiones devastatæ ac desolatæ mansuræ sint, nisi huic malo mederi Magistratus cupiat, concedendo alteri conjugi, ut habitet cum alio. Videretur magnum subnasci malum ex frequenti superiorum mandato, ne quis cum alio vicissim matrimonium inire auderet; Etenim pœnam adulterii præter meritum incurrerent, domus habitatoribus manerent vacuæ, infantes terrerimi omni educatione orbati relinquerentur, ipsisq; sine patre & matre viventibus miserè perire necesse esset. Si verò Regio sic inculta maneret ob duras pœnas, quas præsentibus minantur leges, itidem fore, ut metu illarum migraturi sint ad aliud territorium, quod legibus hisce non subjectum, in eoque petaturi nuptias. Qui ausus non sine dispendio salutis æternæ maximo indubitatò fieri possunt. Quamvis (2) hujus sententiæ Patroni non diffitentur jura matrimonii cariora esse & præclariora, quàm ut autoritate humanâ solvi possent; Tamen sententiæ suæ patrocinari existimant, quòd tali tempore talique casu multæ ob-

orian-

orientur querelæ, quin miserrimi rerum eventus. Etenim obtendunt homines in tali casu dulcedine monitorum frequenti victos, ut patientiâ comite malum ad certum tempus perferre non recusent, præterlapso tamen tempore ob spem frustraneam reditus alterius conjugis easdem miseras cogitationes repetere homines dicant, eandemque miseriam coquere animos hominum. Existimant quoque (3) quod quidem verbo divino optimè respondeant, quæ dicuntur de calamitate toleranda, id autem non valere in solutione matrimonii, ubi id solvitur depopulando longum terræ ambitum, & abduciendo plurimos ad subjugandum, ut nulla spes vitæ mutuae relicta sit, quorum sententiam munire videntur rationes sequentes, quia Deus conjugium instituendo respexit necessarium subsidium è costa viri, ut patet ex loco *Gen. 2.* & (4) quòd matrimonium tanquam perpetua vitæ consuetudo & habitatio inter virum & uxorem ob sobolem procreandam & conservandam institutum sit, atque lex divina id intimet, nexum conjugii ad mutuum adiutorium, non autem ad sempiternam miseriam & tristitiam firmum esse. Nec (5) dissimile est, quòd decernentibus legibus illi homines absque ulla culpa in calamitosissima tempora incidentes non sint deserendi, sed quovis modo juvandi & consolandi; Afflicto enim non est addenda afflictio. Rationibus hisce addunt, (6) quòd pauci inter homines dono continentiae donati sint, & per absentiam hanc diuturnam integritas pudicitiae, quam conservat conjugium, periclitetur & lædatur. Cum aliae causae captivitati & raptui vel præferendæ vel comparandæ matrimonium dissolvere possint. Rationem denique (7) ex Jure Civili depromunt & Novellis Imperatorum Christianorum, in quibus Iustrum vel quinquennium pro dissolutione matrimonii determinatum est, idque à Theologis etiam confirmatum & approbatum, præcipuè apud Batavos, quos disjungunt periculosissima & maxime diuturnæ navigationes. Accidit etiam, populos abreptos esse in Ukraina & barbariei traditos, ubi conjugium solvi ab illis probatum, qui in Consistoriis jus dicunt, & quod notandum, in contrarium allegatam *Nov. 33.* ad forum non esse admissam. Hæc sunt tela, quæ adversarii objicere solent.

Th. V. Verùm, quòd longiori absentia in casu Captivitatis non obstante vinculum matrimonii duret, neque propter ustionem precibus

bus & cæteris pietatis exercitiis satis molestam atque inde metuen-  
dam fornicationem liceat convolare alteri parti ad nuptias, donec de  
morte satis constet, non secus ac si aliud infortunium, puta furor & ta-  
lia ipsi obvenerint, quæ mala omnino toleranda sunt, verior est senten-  
tia. Etenim Jura & divina & humana observari debent, juxta quæ  
non nisi in casibus adulterii perpetrati & malitiosæ desertionis dissol-  
vitur matrimonium; Captivus verò pro desertore nequaquam est ha-  
bendus. Neq; obstat, quòd matrimonium à Deo sit ad mutuum adju-  
torium & propagandam sobolem institutum, & quod durante captivi-  
tate matrimonia mutilata non redintegrentur, atq; sic divinæ ordina-  
tiones non tantùm exulent & jaceant, sed etiam impietates enormes  
sint promanaturæ. Nam nihil aliud inde sequitur, quàm quod aliquid sit  
concedendum, ne ex illius denegatione malum eveniat. Verùm im-  
motum reponimus principium Pauli: Non sunt facienda mala, ut  
inde eveniant bona. Et quod Scriptura S. 1. Cor. 6. v. 39. matrimo-  
nium indissolubile censeat, cùm dicit: Mulieri non licet ad alia vota  
transire ad vitam viri, & jure reciproco, *virum obligatum esse ad vitam  
mulieris*, non sollicitum esse de conjugio mutando. Deinde jura e-  
tiam volunt, virum tamdiu vivere, quamdiu sermone certò & infal-  
libili de morte ipsius nihil perfertur, utut vita interdum in dubio po-  
natur, quod ex identitate rationis de uxore intelligendum esse volunt.  
Proinde juxta Jus divinum, quod, uti dictum, morte & adulterio vin-  
culum solvit, illis non est licitum nuptias iterare, donec constet de  
morte vel adulterio in captivitate commisso, quod tamen eo tempore  
pro certo haberi non potest. Et Jus Canonicum idem c. 19. X. de Spons.  
idè expressè statuit: *In presentia nostra, inquit, quæsvisti, quid agendum  
sit de mulieribus, quæ viros suos captivitatis, vel peregrinationis causa ab-  
sentes ultra septennium præstolata fuerint; nec certificari possunt de vita  
vel de morte ipsorum, licet super hoc sollicitudinem adhibuerint diligen-  
tem, & pro juvenili atate & fragilitate carnis nequeunt continere, pe-  
tentes aliis matrimoniis copulari? Consultationi tuæ ergò respondemus,  
quod, quantocunque annorum numero ita remaneant, viventibus viris  
suis, non possunt ad aliorum consortium canonicè convolare, nec autori-  
tate Ecclesiæ permittas contrahere, donec certum nuncium recipiant de  
morte virorum.* Quibus adstipulantur multijugæ eruditionis & Theo-  
logi, & Jcti, uti sunt Lutherus, Menzerus, Gerhardus, Balduin. *cas.  
consc.*

*conf. lib. 4. c. 13. Pfeil. conf. II. Brunnem. ad l. 7. & auth. hodie C. d. re-  
 pud. ibique Brunnem. Nov. 117. c. II. Carpzov. lib. 2. Jurispr. Consistor.  
 def. 170. n. 2. & lib. 3. def. 58. n. 7. Licet autem Imper. Constantinus  
 in Nov. 22. c. 14. quadriennium & Justinianus ultra illud expectare re-  
 ditum decreverint, albumque calculum adjiciat Erasmus Sarterius  
 Theologus Lipsiensis in libro de Conjugio, cum inquit: Summum  
 Magistratum illis, qui donum continentiae non habent, triennio vel  
 quadriennio elapso matrimonium novum concedere posse; Tamen al-  
 legatum Jus Imperatorium, ne quis provocet ad illud, non tantum  
 per Novell. 117. c. II. & Auth. hodie C. d. repud. ibi: *Hodie quantiscunq;  
 annis maritus in expeditione manserit mulier sustinere debet, licet neque  
 literas neque responsum ab eo acceperit &c.* & paulò post: *Si verò pra-  
 ter hac nupserit, tam ipsa, quam qui eam duxerit, veluti adulterii rei  
 puniantur*, sed etiam per Nov. 33. Imperatoris Leonis argumentis  
 sat validis refutatum & *Quos Deus conjunxit, homo ne separet* obser-  
 vatum. Verior itaq; est sententia propter captivitatem matrimonium  
 novum non esse concedendum, sed potius admonendos & seriò ad-  
 hortandos esse praesentes, ne anxii desperent, & auxilium potius di-  
 vinum calidissimis precibus implorent, quò constantiam & pa-  
 tientiam in tanto infortunio benignissimum Numen largiatur.  
 DEUM invocent, ut calamitatem viribus DEI auxilio munitis  
 sustinere queant. In quam sententiam Consistorium Lipsiense ad  
 requisitionem Georg. W. Mens. April. 1673. respondit hisce verbis:  
 P. P. Weil so wohl nach den neuen Käyserl. als Geistl. Rechten pro-  
 pter captivitatem die Ehe nicht getrennet werden kan/der freyhe Ehe-  
 gatte auch/ehe und bevor er gründliche Gewisheit/das der Gefange-  
 ne mit Tode abgangen/sich anderweit zu verhelichen nicht besugt/son-  
 dern vielmehr in der Einsamkeit/bis an sein Ende zu verbleiben/ und  
 dieses/als wie sonst ein malum constante matrimonio superveniens,  
 wordurch das Ehgemahl so wohl zur ehelichen Beywohnung/als zum  
 mutuo adjutorio ganz untüchtig wird/in Christlicher Gedult zu er-  
 tragen schuldig; So mag auch Titio, ehe Er von der Benignæ So-  
 des Fall gewisse Nachricht erlanget/zur andern Ehe zu schreiten/letz-  
 nesweges nachgelassen werden.*

Th. VI. Ex indissolubilitate vinculi matrimonialis sequitur, quod  
 uxor maritum absentem, vel hicce illam eo casu sequi teneatur, atque  
 cum

cum eo morari, *can. 3. caus. 13. qu. 2.* Et licet in contractu matrimoniali pactum sit, ne uxor teneretur sequi maritum, tamen eo non obstante ex nova causa aliò migrantem sequi uxor eum tenetur, prout est communis DD. opinio vid. Kizel. *d. matrim. cap. 7. theor. 2. lit. I.* Tiraquell. *leg. connub. 1. n. 30.* D. Eiben. *observ. theor. practic. disqv. 3. obs. 6.* Ita ut obligatio perpetui domicilii jure reprobata censeatur Gail. *lib. 2. d. pac. publ. c. 2. n. 10.* Sanchez. *d. matrim. lib. 1. disp. 40. n. 2.* adeo ut uxorem, quæ maritum ex injustis causis sequi recusat, aut ab ipso fugit, manibus ei injectis, à marito propria auctoritate capi posse *arg. cap. cum causa fin. X. d. raptor. Gloss. in cap. 1. X. d. conjug. leprof. statuunt Tiraquell. leg. connub. 1. Gloss. 1. part. 1. n. 40.* Kitzel, *de matrim. d. 1.* quò tendit & illud Ovidianum:

*Ast tua cura mei, si te pia tangit Oreste,*

*Injice non timidas in tua jura manus.*

Cæterùm de controversia, num pactum nuptiale, quo sponsus vel maritus sponsæ vel uxori suæ promittit, se domicilium in alium locum non translaturum, valeat, vide D. Lauterbach. *disp. d. domicilio cap. 9. th. 61.* ubi affirmativam defendit.

Th. VII. Cumque nihil tam humanum esse videatur, quàm fortuitis casibus mulieris maritum & contra uxorem viri participem esse, & unum alterius partis calamitates moderatè ferre debere, *l. 22. §. 7. ff. sol. matrim.* sequitur, quòd uxor teneatur sequi maritum ob delictum relegatum vel bannitum Schrader. *vol. 2. consil. 15. n. 62.* Sic etiam B. Lutherus *in c. 4. Genes.* sentit, uxorem Caini post homicidium commissum secutam esse maritum suum, & coactam esse ferre partem calamitatum ejus Schneidvv. *ad princ. Instit. d. nupt. part. 4. d. divort. num. 47.* D. Richter. *p. 1. decis. 9.* ubi ita respondisse Jctos Jenenses refert. Nam convenit mulieri, ut sequatur maritum in omni fortuna *Exod. 18. vers. 2. & 3. 1. Samuel. 27. vers. 3. Gen. 29. vers. 21.* ut experiatur mariti calamitates *1. Samuel. 19. vers. 11.* atque ut ad mores se componat & accommodet *1. Cor. 7. vers. 4. proverb. 31. vers. 11. 12.*

Th. VIII. Etsi in matrimonio semper cohabitare debeant conjuges, neque se separare; Accidit tamen, ut quandoque quoad thorum & mensam concedatur dimissio, *Das die Ehe zu Tisch und*

D

Bett

Bett geschieden wird/ qualis separatio in jure canonico *c. 1. c. 2. X. d. divort. c. interveniente. 32. qv. 7.* fundamentum habet, modò illa fiat autoritate Magistratùs, qui eam ex justa & sufficienti causa omnibus conciliationum modis mediisque tentatis, sed frustra adhibitis permittit *Carpz. lib. 2. Jurispr. Consistor. tit. 12. def. 218. n. 1.* Puta, si maritus nimium sæviat, vel capitalis sit inter conjuges inimicitia, vel conjux conjugi infidias vitæ struat vel alteruter conjugum insano furore vel morbo contagioso, eoque incurabili laboret vel debitum denegetur conjugale, de quibus vid. *Carpz. c. 1. def. 177. & seqq.* Et si eo modo quoad cohabitationem absentes sint conjuges, nihilominus vinculum matrimoniale, vel, uti Pontifex in *c. 1. caus. 32. qv. 7.* loquitur, confœderatio nuptialis subsistit nec tollitur, neque ejusmodi separatio & absentia conjugum propriè loquendo est divortium, sed manente vinculo matrimoniali separatio tantùm domestica inter conjuges ad certum saltem tempus, usque dum causa illa cessat, instituitur *Carpz. p. 3. decis. 291. n. 4.* & conjuges separati quoad thorum & mensam non desinunt esse maritus & uxor vid. *Klock. vol. 3. consil. 118.* Unde maritus, nisi omnia bona illata uxori velit restituere, aut culpâ uxoris facta sit separatio uxori ad alimenta, tenetur *l. 22. §. 8. ff. solut. matrim. Carpz. lib. 2. Jurispr. Consistor. lib. 2. tit. 12. d. 213.* Similiter maritus absentis conjugis bonis utitur fruitur, modò onera matrimonii adhuc sustineat, fructusque ad eum in compensationem alimentorum uxori debitorum percipiat, Idem in *Jurispr. for. p. 3. c. 26. def. 18.*

Th. IX. Si conjux ab altero sine justa ac probabili causa discedat, pessimè quidem facit; attamen tamdiu manent conjuges sive vinculum matrimoniale inter eos non dissolvitur, donec sententia judicis rescissoria faciat dissolvi matrimonium. Nam malitiosa desertio est causa, per quam divortium fit, perinde ut adulterium, quod & ipsum matrimonium ipso jure non rumpit, sed utroque casu opus est sententia judicis, non declaratoria, sed rescissoria, per quam matrimonium non nullum declaratur, sed dissolvitur, resolvitur *Beust. de conub. p. 2. c. 31.* Divortio verò per judicis sententiam definitivam factò, matrimonium quoad ipsum vinculum solvitur, ita ut redeuntem desertorem conjugem repetentem non teneatur recipere, sed potius posteriori

steriori marito cohabitare *l. miles. II. §. mulier. 12. ff. ad L. Jul. d. adult.*

Th. X. Ex prædictis constat, matrimonium in casibus non cohabitantium vel se invicem deserentium conjugum non dissolvi, & per consequens adulterium ab iis, qui dissoluti sunt quoad thorum & mensam, nec non, qui se invicem deserunt, omnino committi, si cum aliis extraneis coeant; quo tamen in casu poena non est ordinaria *Carpz. pract. crim. p. 2. qu. 61. n. 53. & seqq.* nam separata persona hic non peccat ex intemperantia pro objecto habente vagas libidines, sed ex quadã incontinentia, quæ, licet reum ab omni poena non eximat, liberat tamen à poena ordinaria *Carpz. Jurispr. Consistor. libr. 2. d. 191. n. 9.* præsertim si poena sit ultimum supplicium. Si verò alter conjugum quoad thorum & mensam separatus ad alia convolet vota, bigamiæ crimen incurrit, *Carpz. p. 2. qu. 66. n. 1.*

## CAPUT V. & ULTIMUM

De

### *Matrimonio Absentium Dissolvendo.*

#### SUMMARIA.

Th. I. Si expectavit sponsa sponsum absentem, prout Judici visum fuerit, dissolvi potest matrimonium. II. Si uxor maritum absentem ex causa illaudabili expectat, tandem dirimitur matrimonium. III. Non quidem propria auctoritate, sed processu desertionis instituto & lata sententia. IV. Si absens concubat cum alia, dissolvitur conjugium. V. Quando presens docere potest absentem mortuum esse, permittuntur secunda nuptia. Quid, si testes juraverint, virum absentem esse mortuum & presens secundo nubat; prior autem revertatur, num ad priorem reverti debeat mulier?

Th. I.

**A**ntequam sponsa ad alia convolare valet vota, debet expectare tempus vel biennii, si sit intra provinciam, juxta *l. 2. C. d. sponsal.* vel triennii, si extra provinciam degat, juxta *d. l. 2. C. d. repud.* vel pro-

D 2

ut

ut iudici visum fuerit, pro varietate circumstantiarum, qui tempus illud vel prorogare vel restringere potest *arg. l. 1. §. 2. d. jur. delib.* Imò si sponsus justas habeat absentiae suae causas, etiam quadriennium vel ulterius expectare debet *l. 17. ff. d. sponsal.* Ubi enim lex nihil certi in genere definit, ita nec facile etiam defini potest, ut potius relinquendum sit pii iudicis arbitrio Arnif. *d. jure connub. cap. 6. sect. 7. n. 28.* Schneidvv. *ad tit. Inst. d. nuptiis. p. 4. rubr. d. divort. n. 46.* mores personae tam desertae, quam desertoris uterve discessui causam dederit, & quomodo semet post eum gesserit vid. Carpz. *Jurispr. Consistor. lib. 3. c. 57. n. 1. & seqq. Mevius p. 4. d. 7. Finckelthaus observ. III. vid. c. 3. th. 4. & c. 4. th. 1.* tanta enim absentia requiritur, ut inde animus deserendi praesumi possit Carpzov. *Jurispr. Consistor. lib. 3. tit. 5. def. 60.* Quo tempore effluxo potest sponsa absolvi a iudice Ecclesiastico, & cum alio sponsalia vel matrimonium contrahere.

Th. II. Conjux, vel Sponsus aut Sponsa itidem si absentiam conjugis toleraverit per tempus, quod Judex, prout in praecedenti thesi de sponsis dictum, pro varietate circumstantiarum brevius aut longius aestimare potest, praevio processu nova sponsalia cum alio celebrare aut ad secundas potest accedere nuptias.

Th. III. Ut autem iudici causa divortii exponatur, pars deserta testimonium veritatis & innocentiae a Magistratu loci, vitae ac morum a confessionario; & diligentiae, quod scilicet variis in locis diligenter, & quantum fieri potuit, de marito percunctata fuerit, & tamen de eo nihil certi resciscere potuerit, iudici Ecclesiastico offerre debet atque petere, ut processus, quem vocant desertionis, instituat; ubi universali ferè Germaniae consuetudine receptum est, ut absens edictaliter citetur, atque in trium dominorum territorii & districtibus, in dreyer unterschiedener Herren Landen / citatoriae literae affigantur. Circa quod solenne occurrit notandum, quod Judex citans absentem debeat curate observare, num etiam locus iste diversus, in quo affiguntur citatoriae, sit quoad superioritatem territorialem diversus, non quoad Jurisdictionem quidem talis, alias non dicitur legitimè peracta citatio, sed de novo ea est emittenda, prout superiori anno 1684. mens. Septembr. pronunciavere Dnn. Scabini Lipsienses: *Diemeil die Stadt G. allwo die eine Edictal-citation angeschla-*

geschlagen gestanden / unter Churfürstl. Sächsischer Hoheit gelegen /  
und dennoch die Edictal-citationes in dreyen unterschiedener Herr  
Lande nicht affigiret worden / So hat auch Anklägers Suchen wider  
Angeklagte noch zur Zeit nicht statt B. N. W. Quæ citatio sua de-  
bet habere spatia, ita ut nec unica dies deficiat, prout in eodem ca-  
su mens. Decembr. 1684. iidem Dnn. Lipsienses pronunciaverunt:  
Daß Ankläger / dafern die Edictal-citationes an allen dreyen Orten  
eine völlige Sächsische Frist angeschlagen gestanden / Angeklagte  
wegen ihres ungehorsamen Ausbleibens bis auf Ehehafft in die  
Nicht zu erklären / erstanden / und erlanget hat B. N. W. Si tandem  
trina vice absentis contumaciter emanentis contumacia sit accusata à  
parte deserta, petit hæcce, ut sententia feratur declaratoria: Daß  
Beklagter nunmehr pro confesso & convicto zu halten / und Er für einen  
muthwilligen desertorem seines Weibes zu erkennen und zu erklären  
sey / deohalben die zwischen der Klägerin und ihrem verlossenen Manne  
völligene Ehe zu cassiren und aufzuheben / und Klägerin der Ehe hal-  
ben von Ihm loß zu zehlen sey. Ubi in sententia etiam solet addi:  
dafern Sie auch ohne Verletzung ihres Gewissens ausser dem Ehe-  
stande nicht seyn kan / wird Ihr sich anderweit Christlich zu verhehelichen  
verstattet und nachgelassen / Beklagter aber der weltlichen Obrigkeit zu  
verdienter Straffe übergeben.

Th. IV. Si absens pars cum alia concumbat, propter commis-  
sum adulterium dissolvitur matrimonium; nam conjugum duæ  
sunt obligationes, una, quâ alter obligatur reddere debitum conjugale  
alteri; altera, qua obligatur non violare conjugii fidem per concu-  
bitum cum alia à suo conjuge, Joh. Azorius *Instit. moral.*  
*p. 3. c. 38. lit. D. fol. 260.* & legitimè probato adulterii crimine matri-  
monium contractum tam de Jure divino *Matth. 5.* quàm Canonico  
*c. significasti 4. X. d. divor. c. dixit dominus 2. c. 31. qv. 41. & civili l. 8. §. 2. C.*  
*d. repud.* Quo casu, si adultera pars poenam v. gr. fustigationis susti-  
nuit, pars innocens copiam sententiæ sub sigillo Magistratus afferen-  
do absque prævio desertionis processu à vinculo absolvitur. Si verò  
adulterium non adeo manifestum, & mulier adulterii suspecta nullâ  
causâ coacta, sed vel levitate, vel impatientia freni conjugalis, vel a-  
liis non necessariis causis impulsâ deserendo maritum aufugerit cum

alio, desertionis processu instituto contra absentem procedendum est, ita ut, si non compareat, pars innocens à vinculo matrimonii dissolvatur, ipsique facultas, ut secundo nubat, concedatur *Beust. p. 2. d. matrimon. c. 24.* Si verò de adulterio vel bigamia conjugis aufugientis certò constet, quod per attestata ministri Ecclesiæ, qui ignarus doli illas personas, quæ se solutas dixere, benedictione, præviâ proclamatione publicâ, junxit, fieri potest, matrimonium per sententiam absolutoriam, quam innocens pars necesse habet expectare, absque processu desertionis dirimi potest.

Th. V. Quando præsens pars docere potest, quòd absens mortuus sit, ipsi convolare licet ad secunda vota. Quemadmodum Reipublicæ causa in legatione vel militia si quis abest, non licet uxori nubere, quin militia cessante, spes sit rediturum esse, non permittitur *Nov. 117. c. 11.* Si verò de absentis morte certò constet; quæ duobus juratis testibus, vel libris parochialibus, aut Magistratus loci, ubi obiit, attestatione *D. Struve syntagm. jur. civil. exerc. 29. th. 45.* vel si in mari, acie vel morbo aliquo contagioso obiit, uno etiam teste probatur *Nov. 117. c. 11. c. 19.* Imò licet aliàs nemo in propria causa regulariter testis esse possit *l. nullus. ff. d. testib.* admittitur tamen viduus vel vidua, si fide digni sint, modò aliæ accedant præsumptiones adminiculantes, si ille illave mortem conjugis defuncti juramento suo probare velit *Carpzov. lib. 2. Jurispr. Consistor. def. 169.* Ubi ultimo loco occurrit quæstio non injucunda: Num uxor, quæ non aliter existimavit, quàm absentem maritum esse mortuum, eò quòd testes fide digni juraverint illum obiisse, atque ea opinione nupserit alii; dimittere debeat secundum maritum & reverti ad priorem jam reversum? *Rittershusius* illi à secundo viro abstinendum & ad priorem revertendum esse putat *ad Novell. 117. c. 8. part. 4. c. 10. n. 8. add. Sanchez. libr. 10. d. matrim. disp. 4.* Et hæc sunt quæ de hac eleganti materia, quam profiteor non adeò exactè atque pro dignitate, quam meretur, esse elaboratam, disserere volui. Sit pro concessis viribus

DEO LAUS, HONOR ET GLORIA!

**D**E Jure foederis jugalis ex-  
acte

Statuis, nec amplius latet quod  
illustrem

Elegeris sponsam scientiam Ju-  
ris.

Non otium thorus, sed est labor  
mentis,

Soboles futura praemii decus  
certi

Erit, favor bonorum & omnium  
plausus.

*Quod ex animo  
vovet*

**PRÆSES.**

Ut

**U**T nexu jungi dicis mortalium  
amores:

Sic *Lackmanne* tibi jungor  
amore tuo.

Apprecor ut tibi, quæ studiū mo-  
limina surgunt

Ad cœlum tendant, facta dicata  
DEO:

Sis foelix vitæ, contingas ipse Sene-  
ctam

Ut videas laudem canus in orbe  
tuam.

*Amoris benevolentiaque  
fidem obsigna-  
bam*

M. GVILIELM. GOD: Schuband/

Lingg. Or. & Theolog.

Cultor.

Estu-

**E** studiis quantam captemus noni-  
nis auram,  
Et quantum fructum, Tu LAKE-  
MANNE probas.  
Hinc Daphne meritum plebeis Te  
eximit umbris,  
Et Pallas studiis munera magna  
parat,  
Munera magna paret, quodque optat  
fronte serenò,  
Qui Tibi constanti junctus amore  
more.

*Paucula hæc in honorem nobilissimi Domini Autoris - Re-  
spondentis Fautoris & Amici sui suavissimi adjicere, iis-  
que memoriam sui eidem commendare voluit*

**HENR. CONR. TREFURDUS,**  
Benikensteinensis,  
Philos. Cand.

---

**A**bsentes inter quasnam tribuit sibi  
leges  
Conjugium monstras, juraque  
quæque valent.

**E**

Gra-

Gratulor hinc LACKMANNE, DEUS con-  
jungat honores  
Curis condignos, ceu precor, sine  
Tuis!

*Nobiliss, ac clare - docto Dn. Respondenti, Amico per-di-  
lecto gratulab, hac paucula adjicere  
debut*

IOH. Hilgendorff / Solt-  
Wedelensis.

Qui præstare virum poterit se, vix  
sua conjux  
Deserit hunc. Quando, mi LAKE-  
MANNE, tibi  
Sit virgo jungenda, virum te præsta,  
ego credo  
Charus eris, nec tunc uxor aman-  
da fugit.

*Nobil, Dn. Respondenti gratulabundus hac appo-  
nere voluit*

HERMANNUS THON,  
Catto-Hombergensis.

So

So wil Er / werther Freund / nun öffent-  
lich ablegen

Die Probe seines Fleiß in dieser Mufen-Stadt/  
Und etwas reiffer schon den Ehestand erwegen/  
Davon Er Ehelosß ja keine Kunde hat.

Die Liebe dessen zwar kan Ihn darzu verleiten/  
Weil auch sein Endzweck ist ein liebes Eheband/  
Drumb wil Er dessen Abt erforschen nur bey  
Zeiten/

Damit Er kundig mög' antreten solchen Stand.  
Wozu ich wünschend seß / daß G D T in sein  
Studieren

Wol segnen seinen Fleiß dem Vaterland zu  
Nutz/

Auch einst recht vergnügt zum Ehestande füh-  
ren/

Und Ihm erwecken stets viel Gönner / Gunst  
und Schutz.

Hiermit wolte dem Herrn Respondenten, als seinen  
werthgeschätzten Gönner und Freunde  
gratuliren

Johann Ludwig / D. R. B.  
Ein Magdeburger.

Die Ehen gleichen sich fürwar gar wohl den Schulen/  
wo ein Gelehrter fängt mit Weißheit an zu bulen/  
und sich mit Ihr verbind/ so daß nicht trennen kan  
diß fest- verknüpffte Band / die stärckste Unglücks- Bahn.

Herr

Herr Vetter/das diß wahr / das kan Er wohl bezeugen/  
in dem der Weißheit Er gegeben sich zu eigen/  
so daß Er öffentlich nunmehr bringet ans Liebt  
die Frucht so von der Eh dem Leser gibt Bericht/  
und diese ist so da mit mehreren wird erwehnen/  
daß treuer Ehe- Paar sich stets zusammen sehnen/  
auch in Abwesenheit sich gar nicht trennen läßt/  
das werthe Ehe- Band/ so da verknüpffet fest.  
Das Werck das gibt hiervon dem Leser mehr zu dencken/  
ich muß/ damit ich kurz zum Wunsch die Feder lencken;  
Der Himmel gebe daß Ihm balde werden muß  
ein hohes Ehren- Ambt / und dann der Liebsten Ruß.

Mit diesen wenigen wolte aus obliegender Schul-  
digkeit seinen hochzuehrenden Herrn Vets-  
ter beehren

**Johann Heinrich Kahrstedt/**  
Rog. Saxo, LL. Stud.

Quæ Te docta probant juris justique peritum  
Scripta, meis numeris sunt Tibi fausta pre-  
cor.

Exaltet Te sancta Themis Jurisque sacerdos,  
Tu volites celebris docta per ora Virum.

*Paucis hisce Nobil. ac clarè docto Dn. Autori Respondenti,  
Affini suo ac conterraneo perquam dilecto, de egre-  
gio eruditionis specimine gratulabun-  
dum sese sistit*

**CYRIACUS BRUNCOVIUS,**  
SS. Theol. Stud.



99 A 6920

ULB Halle 3  
002 622 963



VD17







11X.

DISPUTATIO JURIDICA  
DE  
**MATRIMONIO  
ABSENTIUM,**

*Quam*  
PRÆSIDE

**D. PETRO MÜLLERO Jcto,**  
Confil. Saxon. Curix Provincial. Scabin. & Juri-  
dicæ Facultatis Asfessore, nec non Pandectar.  
Prof. Publ.

IN AUDITORIO JCTORUM

*ad d. Februar.*  
ventilandam exhibet

AUTOR  
**JOACHIM FRIDERICUS LAKEMAN,**  
Havelmontan. Marchicus.

JENÆ, LITERIS BAUHO FERIANIS, 1685.

7.

